







IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



APPLIED IMAGE, Inc.
1853 East Main Street
Rochester, NY 14609 USA
Phone: 716/482-0300
Fax: 716/288-5989

© 1993, Applied Image, Inc., All Rights Reserved



**CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)**

**ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1993

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear
within the text. Whenever possible, these have
been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X	
12X	16X	20X	J	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:


National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

E

T

E

Descriptio ac delineatio Geographica

N^o. 2

DETECTIO NIS FRETI.

Sive, Transitus ad Occasum suprà
terras Americanas, in Chinam
atq; Iaponem duQuri.

Recens investigati ab M. Henrico Hudsono Anglo.

Item,

Exegesis REGI HISPANIÆ facta, super
tractu recens dexto, in quintâ Orbis parte, cui nomen,
AVSTRALIS INCOGNITA.


Cum descriptione

Terrarum Samoedarum, & Tingoesiorum, in
Tartaria ad Ortum Freti VVaygats sitarum, nuperq;
sceptro Moscovitarum adscitarum.



AMSTERODAMI

Ex Officina Hesselij Gerardi Anno 1613.



Liber ad Lectorem.

Qui cupis ignoras Lector cognoscere terras,
Corpore quas fulgens consegis Vrfa suo,
Et simul extremos Boreo, Canariq; recessus,
Et freta iam nautis pervias fluctus vagis.
Quaeq; Samojedus communes vellere merces,
Quam latè Moschus proferat Imperium.
Impiger Hudsonius freta qua petre raverie, & qua
Restas adhuc Batavis gloria Mariagenis.
Me prelio parvo redimas, animoq; revolvas,
Sim licet exiguis commoda magna feram.



tabula
sius sup
derem e
tem ob
ret opul
de Quic
narrat c
Zur; ea
dine rei
totius O
prehend
testis, de
dam, sta
reyos in
qui super
extendit
quingen
Meridie
tore. Se
figueire d
næ, nunc
graphiæ c
ram delat
per hoc a

Ad Lectorem Prolegomena, in tractatus sequentes.



Tantehac novæ terrarum detectiones, labiosissimæque navigationes, tam Hispanorum, quam Anglorum, nec non Batavorum, maximo novitatum studiosorum oblectam-
sc, in lucem editæ fuere: Non alienum a pu-
blico commodo duxi, in Theatrum orbis hæc
tabulam Praefecti H. Hudsonis producere de navigatione ip-
sius supra Americam, in Chinam, & Japan: maximè cum vi-
derem eam à præstantissimis viris magnoperè expeti: Ne au-
tem ob brevitatem, exiguitatemque apud nonnullos vilesce-
ret opusculum hoc adjunxi historiam Ducis Petri Fernandez
de Queiros, quam in libello supplici Regi Hispaniæ exhibeo,
narrat de regionibus Meridionalibus, detectis in mari del
Zur; eam nonnulli magni fecerunt, aliqui quibus de certitu-
dine rei constat, veram esse asserunt. Octavius Pisanius, in suâ
totius Orbis tabulâ, quam inversâ delineatione, circulo com-
prehendit, de Regionibus à Petro Fernandez de Queiros de-
tectis, delineationem suam se cōparasse ait, à Nauc Iero quo-
dam, statuitque eas à parte occidentali, Limæ, cido de los
reyos in Peru. Viginti quinque gradus in longitudinem,
qui superant trecenta, & quinquaginta miliaria Germanica,
extenditurque secundum illius delineationem, plus quam
quingenta miliaria Germanica occidentem versus, at versus
Meridiem extenditur usque à Doctissimo gradum ab Æqua-
tore. Sed cum superiori Anno ab Illustri Viro Emanuele à
figueiredo, Geographiæ, & Hydrographiæ Professore Vlixbø-
næ, nunciatum esset, Petrum Fernandez à Queiros nihil Geo-
graphiæ dignum prodidisse, sibiq; relationem tantum obscu-
ram delatam esse, situ, latitudine regionum carentem: insu-
per hoc adderet, se diligentius inquisitorum, num quid apud

Prolegomena.

cum esset, quod usui esse possit, & adhuc eum esse in Curiâ vel Aulâ Regiâ Madritij, nec quid certi de profectione ejus statutum esse; Exemplar Octavij, Pisani securius non sum, maximè cum hic ex amicis quidam, affirmet apud se esse delineationem Regionum, aut Insularum nouiter detectarum in Mari del Zur, quam brevi impetrabimus, etiamq; cum Octavij Pisani delineatione conferemus. Cum vero apud Baravos serbuerit aliquandiu studium investigandi transitum, in Chinam & Iaponiam, eumque tentarint non nulli Septentrionem versus, nonnulli per VVeygats & mare Tataricum, operâ pretium duxi, in publicum proferre, quæ à Russis proxima loca incolentibus detecta sunt, Tabulâ ab Isaaco Massâ ex Idiomate Russorum translata, ut quid de oris Samojedarum sit sentendum certo constet. Assiduz etiam navigationes Cantabrorum, Baravorum, Anglorum in Septentrionum, venatione balænarium, & cunicolorum marinorum, gaudentium, quos Moras idiomate proprio Russi nominant, videntur quid certi promittere, de oris Novæ Semlæ, Niculandia, usq; ad Groenlandiam adhuc incognitis, sed de futuris contingentibus non est determinata veritas.


n Curiā vel
eius statu-
n, maximē
delineatio-
nū in Mari
tavij Pisa-
ros ferbue.
Chinam &
onem ver-
perz preti-
na loca in-
e Idiomate
sit sentien-
Canabro-
venatione
ium, quo
r quid certi
ad Groen-
tibus nom


69

68

67

66





De

Sive



Groenlan
libus (occ
nia) ut sibi
ciam quæ
trionem c
altitudinem
traxit Fret
qui idem i
qui anno i
navigando
antecessor
tus, návige
dus, per sin
dente in m
terra, trans
que de cau
nus lustrav
maximo a
Baccalaos a
et in oceani

Descriptio, ac delineatio Geographica

DETECTIONIS FRET.

Sive transiuts, supra terras Americanas

in Chinam, & Iaponem.



Elicissimæ Anglorum navigationes, & prosperrimi eorum successus, magis ac magis isti genti stimulum addiderunt, ut facile omnia rædia devorarint & novas detectiones suscepserint, quæ licet laboriosissimæ fuerint in Orientem ad ora Moscoviaæ, Novæ Zemlae & Groenlandiaæ, nihilominus desudatūr in partibus Occidentalibus (occupata jam erat illie, & colonijs suis in secessit Virginea) ut sibi transitum, intra Groenlandiam, & Novam Franciam quererent sed frustrâ haecenus, seducti viâ in Septentrionem obductâ nivibus & glacie, elaboratum est, usque ad altitudinem septuaginta, aut octaginta graduum, nomenque traxit Fretum ab inventore primo Ioanne Davis, postremus qui idem iter instituit, præstans fuit Georgius VVeymouth, qui anno millesimo sexcentesimo secundo quingentas leucas navigando emensus est, sed glaciei copiâ coactus est, ut & alii antecessores, in patriam redire. Sed ne irritus plane esset conatus, navigans dentio, ad altitudinem, sexaginta, & unius gradus, per sinum quem Angli Lumles Inlet dicunt, ibi ob occidente in meridiem deflectens centum leucas, postea objectu terra, transitum non inventens, imbecillitate sotiorum, aliquique de causis, eqacus est reverti nihilominus & duos alios sinus lustravit, non sine maxima aquarum copia maris in istar, & maximo fluxu & refluxu, intra terram hanc, & eam quam Baccalaos appellant.

151001

A 3

Hec

Descriptio delectio[n]is Freti.

Hæc navigatio licet tum temporis, votis, non responderit, tamen Diaria Georgij Weymouth (quæ inciderunt in manus D. P. Plantij, curiosissimi rerum novarum investigatoris, in usum patriæ hujus nostræ, reique Nauticæ) usui fuerunt maximo, H. Hudsoni, in investigatione hujus famosissimi Freti, cum enim anno millesimo sexcentesimo, & nono, ille ageret cum Præfectis Indicæ navigationis, de via inquirenda in Chinam & Catahayam, supra Novam Zemlam, hæc à D. P. Plantio impetravit Diaria, ex quibus totū istud iter Georgij Weymouth per angustias supra Virginiam didicit, usque ad Oceanum, qui eam alluit, hinc ista opinio invaluit, hac viā solā patere aditum ad Indos; sed quam fallax sit, docuit illum D. P. Plantius, ex relatu ejusdam, qui in parte Occidentali, terram esse continentem asseverarat, eamque lustrarat. Hudson us nihilo minus in Oriente, & Novâ Zemlâ, viam sibi à glacie, nivib[us], præclusam videns, in Continentem navigavit, ut quid sp[eci]i superesset inquireret; non recto itinere (ut hic fertur) ut patriæ huic nostræ, & Præfectis prodeisset, tantum in Novâ Franciâ mercibus suis commutatis, pro pellibus, salvus in Angliam reversus est, ibique accusatus in detrimentum Patriæ Angliae navigationes suas instituisse; Iterum iter suscepit, non minori studio de transitu investigatingo in Occidente, tendens in Fretum Davis, anno millesimo sexcentesimo e diciano, usq[ue] ad altitudinem unius & sexaginta graduum, ingressus semitam Georgij Weymouth, omnes oras lustravit, hac in tabulâ delineatas, usque ad gradus sexaginta tres, deflexit in Meridiem usq[ue] ad gradus quinquaginta quatuor, sub ijs hybernavit, solvens istinc littus Occidentale leges, ascendit usq[ue] ad gradum sexagesimum, recta navigans quadraginta leucas, ampliū pelagus deprehēdit, fluctibus à Causo agitatis superbiens: Ex his non exigua spes transundi Hudsono affulsit, nec voluntas Se[n]atui nautico desuit, sed fastidium, & malevolentia sociorum scrupulum injecere, ob victus inopiam, cum ijs tatum in octo

mens[is]

Descriptio delectio[n]is Freti.

menses prospectum esset, nihilque toto itinere alimento dignum in manus eorum incideret, nisi forte Indus quidam, qui Crissio Mexicano, seu laponensi armatus, feram attulit, ex quo Hudsonus coniiciebat, se non longe a Mexicanis abesse, quorum arma, & commercia videt, Tadem prævaluit sociorum malevolentia, qui Hudsonum, cum reliqui præfectis scaphâ exposuerunt in mare, ipsi patriam petiere, quam cum apulissent, ab scelus commissum in carceres detrusi sunt, ibique detinentur, donec Præfetus eorum Hudsonus salvus suis restituatur, ab ijs, quibus id negotij super*bi* anno millesimo, sexcentesimo, & duodecimo, jussu Principis Valliae pia memorie, & Præfectorum Russiarum navigationis commissum est, de quorum reditu haec tenus nihil inauditum, hinc spes aliqua affulget, eos angustias illas superasse nec judicamus quid certinos inaudituros priusquam ex India Orientali redierint, aut ubi cum Chinensibus, aut Iaponensisbus sua transegerint, eademque viâ in Angliam redierint: quod felix & faustum sit precamur unicè.

Nec servor iste in nostris Amsterodamensisibus describitur plantæ, superioribus enim mensibus ab ijs emissâ est navis, eo tantum fine, ut de transitu, vel Fretu Hudsoni inquireret, & num commercij locus sit in istis oris, si vero eventus votis non respondat, in Oris Novæ Francie negotiabantur.



n responderit,
unt in manus
estigatoris, in
fuerunt maxi-
misi Freti,
no, ille ageret
renda in Chi-
à D. P. Plan-
Georgij Wey-
que ad Ocea-
ac viâ solâ pa-
it illum D. P.
entali, terram

Hudson us
i sibi à glacie,
gavit, ut quid
(hic fertur) ut
tum in Novâ
bus, salvus
mentum Pa-
iter suscepit,
ccidente, ten-
mo e diciamo,
ingressus se-
vit, hac in ta-
reflexit in Me-
ijs hyberna-
tusq; ad gra-
as, ampliū pe-
piens: Ex his
voluntas Se-
tia sociorum
situm in octo
mensis

EXEGESIS

Libelli supplicis, oblati Regiae Majestati

Hispania, a Duce Petro Fernandez de Quir,

Super

Detectione quartae partis Orbis terrarum, cui

nomen Australis incognita, eiusq; immensis opibus

& fertilitate.



Liustrissime Rex, Octavum hunc libellum
supplicem tibi offero, super deductione colo-
niarum, in terras quas Majestati Regiae pla-
cuit delegi, in regione Australi incognita, ut
hac causa negabo eo nihil acutum sit, nihil
que responsum aut ipsi datum de felicissimo e-
ventu. Elapsi enim quatuordecim mensēs, ex quo in Aulā hic
fui, totidemque anni cum primum hæc aggressus sum, sine ul-
lo stipendio aut mercede, inductus solummodo præstantiā
Rei, devoratisque omnibus iugis, viginti millibus leucis emē-
sis, terrā ac mari, omnibus meis absumptis, mihi ipsi desuisse
videor, tanquam tamque horrenda passus, ut vix effari licet, co-
fine ut plurius hoc, & laudabile opus absolverem.

Quare ad pedes Regiae Majestatis supplex me devollo, ne
præmijs justis & debitiss continuis laboribus, & molestijs meis
defrauder: Cum sciam quanti intersit divinæ gloriæ. Regiae
Majestati, nec exigua hæc paritura commoda, non tantum his
seculis, sed & evolvendis in æternum.

Vt autem exordiar, hæc de regionū nuperrime detectarum
amplitudine habeo, quæ ipse oculis vidi, quæque Ludovicus
Paez de Torres, Architalassius Majestati Regiae nunciavit, lon-
gitudo earum, quantatotius est Europa, Afriæ minoris usque
ad Mare Caspium, Persiæ, cum insulis maris mediterranei, &

Oceani

Oceani
bernia.
facile &
imperit
giones
more es
dæ, pars
naginta
ropæ, &
Notatu-
perlustr
cio, ali
familes.

Scare
ne, alij c
lis capill
alijs flav
brique c
me laud
cis ruanc
bus vide
leget. S

quam sa
gittæ at
nea. Pud
benefact
amicet tr
satisfiat:
ut gente
fines. E
stilibus
lata, imo
na, coel

Majestati
Quir,
arum, cui
spibus
unc libellum
ductione colo-
ati Regia pl-
ncognitâ, ut
um sîr, nihil.
felicissimo c-
o in Aulâ hic
sum, sine ul-
to, præstantiâ
leucis em-
ni ipsi defuisse
fari liccat, co-
de devolvo, ne
molestijs meis
oriz. Regia
n tantum his
detectarum
e Ludovicus
ciavit, lon-
inoris usque
diterranei, &
Oceani

Exemplar libelli Regi Hisp. oblati.

Oceani omnibus, Anglia ex Scotia comprehensis, cum Hibernia. Incognita hæc terra, est quarta mundi pars, ut bis facile & regna omnia, & regiones dominia, quibus Rex hodie imperitat, ambitu suo possit complecti. Nō habent hæc regiones vicinos Turcas, Mauros aliasve nationes, quibus pro more est, rodere vicinas ditiones: Subjacet omnes Zonæ torridæ, pars lineaæ Äquinoctiali subjet, latitudinis graduū nonaginta: si vero penitus inspiciatur, erunt tales quæ Asticæ, Europe, & maximæ parti Asiae sint Antipodes, ijsque non cedat: Notatum dignum, regiones sub quindecim gradibus à nobis perlustraras, Hispaniâ nostram fertilitate superare: hinc coniatio, alias altitudini earum oppositas, Paradiso non esse dis similes.

Scaret totus hic tractus innumerabili incolarum multitudine, alij candidi, alij fusci, alij mulati Hispanicâ linguâ: nonnulli capilli sunt nigri, longi, fluentes, quibusdam crisi, villosi, alijs flavi, & rari: ea diversitas magni inter eos commercij, crebrique conventus argumentum est, solique præstantia: maxime laudandum, quod nullis in mutuas cædes machinis bellis ruant, nec in argenti fodinis operentur tamen nullis artibus videntur imbuti, nec arcis habet, nec moenia. Regem nec legem. Simplices tantum gentes, in factiones divisi, nec unquam satis concordes. Arma ipsi hæc quoridiana: Arcus, sagittæ at nullo veneno tintæ, clavae, fustes, tela, missilia & lignæ: Pudenda sua velat: mœdiæ sint studiosi, tractabiles grati in benefactores (expertus loquor:) Hinc spes affulget: si placide & amice tractentur, futuros placabiles, dociles, quibusque facile satissimæ: quæ tria maxime sunt necessaria in hisce primordijs, ut gentes hæc Zelo quodam ducantur ad sanctos & salutiferos fines. Aedes earum sunt lignæ, palmarum frondibus rectæ. Festilibus utuntur instrumenta textoria norunt, & opera reticulata, imo & retibus utuntur: Maimorarij sunt, Tibiae, Tympana, cochlearia, omniaque ejus generis è ligno fabricantur.

Exemplar li bellis

Camiteria ipsis sunt, & loca precibus dicata: Horti in arcolas & pulvilos pulchrè distincti: Maximo usui sunt ipsis cochleæ margaritiferae, ex quibus cuncos, scalpra, ferras, ligones, aliaque ejus generis instrumenta formant, etiam spherulas collo appendendas: Habent insulani naviculas ad fabrè elaboratas, & traejectui commodissimas, certum argumentum ipsis nationes esse viciniis magis excultas: nec vanū indicium quod verres & gallos gallinaceos castrarent.

Pates ex triplici radicum genere conficiunt, quarum maxima ibi copia, proveniunt enim in iugis, easque torrent, & conuenti gustui sunt per gratae, salubres, multi succi, diurnæ: nonnullæ longitudinem unius ulnae superant, crassitudine semi-ulnam. Fructus ejus tractus quamplurimi & optimi: Platani sunt sextuplices, Amygdali quadruples: prægrandes Obi, fructus cotonœis malis nostratibus magnitudine & sapore non dissimiles: nuces innumerae: mala medica, & cirea, quibus Barbari non vescuntur, aliisque non minus suaves, quam prægrandes fructus: multæ insuper, nec minus crassi arundines Sacchari: nec poma nostratia ipsis defunt, immensus ipsis est palmarum numerus, ex quibus T V B A ex tempore depremisatur, ipsis loco vinis est Acori, Mollis, & Seri, nuclei eius sunt suavissimi, ipsis fructus cocos Indi nominant, cum virent sunt ipsis loco Carduorum, ipsa modulata cromotem lactis penere, fert ubi inveniunt, terræ ac mari, ipsis cibis & potis sunt, vieti oleo fuisse, hinc apertissime, & vulneribus est inservit fama: Ex cornibus tenetis in fructuum legumenas conficiunt, ejusque generis fascula omnia, iactiores vero cortices, stupæ, vel musto vice sunt, navium commissuris ferrum innatis, fuitque ex ipsis rudentes, sumeruntur minores, restes, elychnia bombardica: ex prestantissima frondi parte ve la scapharum & lirnium concidunt, tenuissima stora, tegula etiam quibus des foris intrusque muniuntur, prælongis crerisque arborum stipibus contignata: ex ijs etiam sunt

Regis Hisp. oblati.

Siunt tabulae, hastae, aliaque armorum genera, Remi, aliaque domestica utensilia, idque notatu dignissimum, haec palmetta vinearum instat esse, ex quibus toto anno leguntur vina, sine ullis laboribus ullo sumptuum, temporisve dispendio. Olerum variae species nobis visae, Cucurbitae Bledi magni & parvi, fabae omnia legumina. De carnibus haec habero, maxima porcorum ibi copia, Gallinatum, caponum, perdicum, anatum, turturum, columbarum: palumbes & caprae alteri. Capitaneo visae de vaccis quoque & bubalis sermo erat Indis. Piscium genus varium: ibi Harghi, pescerijes, lizae, lingulace, Salmones, Meri, Aloxa, Macabises, Casanes, Pampani, sardae, rajae, cuculi, chitevieje, anguillae, porci marini, chapini, rubiae, almevae, gammari, aliisque complures, quorum nomina & numerus non occurunt, maxima enim copia iuxta naves a socijs capti. Quae si diligenter perpendantur, conjici potest, quanta deliciarum varietas ex tanta omnium rerum affluentia, hauriri poterit, ita ut nec condita ulla, immo ne Marci panes desiderari poterint, rejectis omnibus extraneis: superunt etiam nauticis usibus necessaria, butyrum, Petasones, acetum, aromata, omnisque generis condimenta. Notatu dignum, multa ipsis esse nostrisibus non dissimilia, majori copia quam apud nos, ita ut ea tellus videtur palmam Europae eripere gignendo, producendoque omnia: mittit enim argentum & uniones, Capitanus alter in historia sua aurum sibi visum commemorat. Tres igitur producit pretiosissimas rerum species, à natura hominibus concessas. Non desunt nuces myristicae, mastiche, zinziber, piper (testus sum oculatus) norunt Cinnamomum, mirum si non pascantur cariophylla, cum affluent omnibus aromatisbus, coque magis quod haec terre parallelae sunt regionibus Tarrenate atque Bachan: nec decet materia conficiendi serum, pitam, Saccharum, Anir, Superbiunt Ebeno, aliisque lignorum generibus ex quibus naves fiant, cum suis velis, ac triplici ad rudentes materie, quarum una canabi nostra non dissimilis

Exemplar libelli

dissimilis: Olem istud Cocor fit ex galagala, vicem picis liquidæ præstans. Vidimus specie quādam resinæ, qua Indi Piraguas suas i. linters pican: Cumque ipsis non defint capræ, & vaccæ, nec carnium, corij, sevi, arvinæ erit penuria. Apes nobis visæ, mellis ac Ceræ argumentum sunt, & præter hæc, multa milia nobis incognita pollicentur. Si uero regionum si accedat industria, cum ibi tanta sit rerum terrâ nascientium copia, non exigua nostratum ibi gignendarum est spes (quarum nonnullas fertilissimas præstantissimasque in Peruvia Hispaniaque nova provenientes, eo decrevi transferre) Hæc ita con juncta, terram istam ita ditatura videntur, ut non tantum indigenis sustentandis sufficient, sed & Americam, Hispaniamque superfluis ditare poterunt, si modo non defint qui huic operi manus auxiliatrices adhibeant. Littora enim taneum à nobis lustrata illustrissime Rex, indicio nobis sunt, quid ex iatimis regionum penetralibus sit sperandum, spondeo tanha commoda, tantasque divitias, quantas hodie ex nostris Indis haurimus, animus nobis fuit tantum eas deregere, non penitus perlustrare, nec licuit ob in validitudinem, aliasque causas singula indagare, cum nec unus mensis sufficeret sed duodecimum totius anni menses, ut singulæ quæ terra certâ anni tempestate nascantur, norarem. Neque Indi istarum regionum indigenæ, æstimari debent ijsdem cupiditatibus quibus nos duci, sed eos esse, qui hoc unum desiderant, ut æratem sine ullis laboribus corporis desfatigatione, & molestijs transfigant, nec ita ut nos vili lucro inhiautes, aut curis torquentes. Tantas commoditates virtueque suavitates & delicias eo loci homo percipiet, quantum ex solo amoenissimo, cultissimo, & operatissimo spectari possint. Solum est furyum, pinguis & secundum, atgilla passim abundans, struendis ædificijs idonea, & lateribus, & tegulis, nec defint lapides vivi, marmora, sic cuius animus erit splendide ædificare. Lignis ad opera quæque regio abundant, pulchra in eâ planities, campi, ut plurimum riu-

vulis,

vulis,
quam
turhy
Non
crebra
super
prædu
Sin
expand
pagis f
sæpe e

Por
vium c
syrtibu
quadra
alter B
barran
scopia,
vigaba
quarun
neratu
cantibu
suburra
fronde
omnes
nantes,

Nec pr
menda
avium v
cinia m
requiri
locustar
ris suay

Regis Hisp. oblati.

vulis, fossis, amnibus divisi, præ aliæ, & quidē fissæ rupes, passim
quam plurimi torrentes, fluvij, in quibus commode extruantur
hydromylæ, Azenæ, traphichæ, alizæque aquarum moles.
Non deerunt Esseni, Salinæ, & quæ fertilitatem soli arguunt,
crebra cannæ, in quibus cannæ crassitudinem sex palmorum
superant, & fructus etiæ respondet, ipsa in summitate tenues &
præduri, cortice levi: etiam silices Madritensis non cedentes.
Sinus divorum Philippi & Iacobi littore viginti leucatum
expanditur, planè illimis, ratus noctu & interdiu intratibus,
pagis freques, quorum fumos luce mediâ, ignes & faces noctu
sæpe eminus conspeximus.

Portus cui nomen est Veræ cruci, ita latè pater, ut mille na-
vium capax, fundus etiam ei illimis, arenâ nigranti, vacua
syrtibus, imo anchoram figere licet ad altitudinem plus minus
quadraginta ulnarum, inter ostia duorum fluminum, quorum
alter Bætim magnitudine superat, pulvinus est, quem vulgo
barram vocat, ad profunditatem duarum ulnarum, quæ cata-
scopia, & patassas transmittit, alterum Scaphæ nostræ tuto na-
vigabant, aquatum euntes, nullo delectu, cum ad ejus ripam a-
quarum limpidissimum maxima sit copia. Litus, quo exo-
neratur naves, patet trium plus minus leucarum spatio, nigrati-
bus, minusculis, & majusculis silicibus munitu, navibus
suburrans aptissimis, quod nullus sinus appiceret, herbisq;
frondentibus vireret, duximus Oceano non pulsari, arboresq;
omnes quod in sublime erectæ, nec hæc vel illæ in partæ incli-
nantes, duximus regione illâ nullis fere tempestatis infestari.

Nec præteriundū silentio, ista amazitate, portu insignē & co-
mendabilē, ut & Thessala Tē se superet Sole nōdū orto chilias
avium variarū harmoniâ suâ audientiū animos reficiebat, luf-
cinae merulae, coturnices, acathides, hirundines innumere, pe-
requiti (unus tan. in psittacus) voces suas miscebāt, nec deerat
locustarum & cicadarum garritus Matutinis & vespertinis ho-
ris suayissimos odores ex floribus spirabat terra, nec azahere

Exemplar libelli

quidem, aut alvahaca desideratis. Hinc certo conclusimus ac-
rem regionis esse suavissimam, ipsaque Naturam omnium
Matrem optimam ibi servare temperiem: Portus hi & sinus
eo etiam nomine commendantur, quod præstantissimis in-
sulis adjunqui sunt, præsentim septem, de quibus fama, sc por-
rigere, ad ducentas leucas, certo nobis constat unam quin-
quaginta leucas complecti ambitu suo, duodecimum vero
leucis ab ipso portu abest. Ut illustriss: Rex uno verbo omnia
complectar. Hoc in sinu & portu sub i 3 gradum altitudine
statim splendidissima, & populosisima. Vt ibs statui potest,
omnes etiam incolæ optatissimis opibus, & commoditatibus
gaudebunt, easque communicabunt Provincijs Chili, Peru,
Panamæ, Nicaraguæ, Gattimalæ, Novæ Hispaniæ, Terrenatae,
& Philippiniæ, quibus omnibus tu Rex longè latèque impe-
as; quod si & has quas offero tuo Imperio amplissimo ad-
junxeris, eas tanti facio, ut (præterquam quod merito princi-
pes sunt alijacum) multis alijs tam pretiosarum mercium a-
bundantiâ, quam opulentia longe palmam eripiant, etiam
Chinæ, Iaponi, imo & reliquis Asiae Insulis. Ita ut verbis cō-
plete non licet, quid septiam, nec ullis nisi Mathematicis
mea sententia probati potest, quorum judicio stabit, has regio-
nes sub ipsum ingressum, alere posse viginti hominū aut His-
panorum millia, imo longè non abest quia exclamatione. Htoil-
le est mundus, cui Hispania centrum, hæc corpus, ille peri-
phelia.

Quid in igitur Rex illustrissime commoditatem loci, tem-
periemque aeris commendem, cuius est & hoc clarissimum
indictum quod cum nostri, exteri isternm locorum, ibi versa-
rentur, nullus tamen eorum morbo ullo corréptus est, licet as-
siduo laborent, sudent, madeant, aquam bibant jejuni, aut
edant que tellus mitit, nec evident Lunam, Solem, minimè
locis istis servidum, de nocte etiam stragula admittant.

Cum igitur plerique incolarum obesū, & magnæ statura
sint

sint, no
britatis
summis
stratis re
biduum
videre ei
bres: cū e
fz, nulla
in mont
codili, n
guz, cruc
strum pr
quamplu
bitabiles

Histo
rum, ne
nē tuam
erecta Cr
nis Lau
omnes u
cessas, cu
stissimur
terrás, in
serentia;
possit, ja
sunt con
nia tanqu
fine ut hu
adjiciat
voliter, i
hanc dete
giz Majef
Opus, q

Regi Hisp. oblati.

sint, nonnulli etiam longevi, itet humi vivant, eximis satur-
britatis signum, si enim quid solo inesse vitijs, habitarem in
summis zribus, ut sit in Insulis Philippinis, alijsque a me lu-
stratis regionibus, cumque carnes & pisces nullo sale conditi,
biduum persistent incorrupti, cū istine allati fructus, ut apud me
videre est, e duobus intempestivè deceptis, maximè sunt salu-
bres: cū deniq; nulla loca sterilia, nec cardui, nec arbores spino-
sæ, nullæ radicibus supra terrâ èatis, nec lacunæ, paludes, nullæ
in montibus nives, ant noxijs vermes, nulli in fluminibus Cro-
codili, nullæ tam domibus, quam frugibus noxiæ formicæ, ni-
guæ, crucæ, culices nobis visi sunt; Statuo, & affirmo hoc no-
strum propositum esse laudabile, cum tales sint Regiones, quæ
quamplurimi India locis palmam præcipiant, quæ sint inhab-
itabiles, aut vix ob molestias habitariaut coli possint.

Historiæ recensui illusterr. Rex, Regionum, splendidissima-
rum, nomine Majestatis Regiæ detectarum, & in possessio-
ne tuam sub Regio vexillo detectarum: hoc pacto: Primum
erecta Crux, templumque exstructum, honori Divæ Virginis
nis Lauretanæ, celebrabatur viginti Missæ, concurrebant
omnes ut obtinarent indulgentias. Festo Pentecostes con-
cessas, cum solenni supplicatione Festo Sacramentum imo san-
ctissimum istud Sacramentum perambulabat incognitus istas
terras, in quibus tria statim vexilla, gerninas columnas præ-
serientia; cum insignijs Majestatis Regiæ, ita ut merito dici
posset, iam jam consummatum illud: Plus ultrâ: & quatenus
sunt continens, ad extrema esse devictum. Hæc & reliqua om-
nia tanquam à fidelissimo Regiæ Majestatis cliente gesta co-
fane ut hunc titulum Australiam incognitam Rex noster reliquis
adjiciat, nomenque tuto orbe per omnium hominum ora
voliter, maximam negligenter Nominis dñi, quod ter
in hac detexit, neque in eam perduxit & nunc me salvum Re-
giæ Majestati stitit, cōdēm animo & mente, quo antea, in hoc
Opus, quod ante fovi, & nunc dignitatis, pietatisque, ergo
dcame

Exemplar libelli

de amo & de pere.

Nec despero ob eam quæ est Majestatis Regiæ in consilijs
capiundis prudentia, in gerundis magnanimitas, in sovendis
Christianæ pietas, negotium hoc summo Zelo procuratum
iri, imo ut de futura terrarum istarum jam drectarum cultura
certior esse possim. Nec loci amanitas, aut lucris spes, stimuloni
nobis addere deberent ne deserta essent, sed ut Deus Pater cœ-
li ac terra conditor, cum filio suo Iesu Christo, unico Salvato-
re, & Spiritu sancti, ab incolis agnoscatur, colatur, invoce-
etur, Satanâ rejequo, qui ab ipsis adoratur. Tum primum ope-
ri tanto benedicet Dominus, tantaque emolumenta in gen-
tem nostram redundabunt, ut merito in nos copiæ cornu ef-
fusisse gloriari poterimus : contra vero si Romanæ Ecclesiæ
perdaelles has nostris laboribus detectas regiones invaserint,
ut falsa sua dogmata propagant, nostraque destruant, Ehœu,
quantus labor, quantæ curæ in nos ingruent, imo quæ felici
auspicio a nobis cepta, in pejus omnia vertentur, ipsam au-
straliz incognitæ possessionem sibi ipsis adscribent, funditus-
que evertent, quod omen avertat Deus optimus maximus.

Ex his non dubito cum Regiæ Majestati constiterit, quanta
damna hæc sunt paritura, imo inmensis auri argenteique the-
sauris non resarcienda fore incommoda, imo satis difficulter
tanto malo remedium posse inveniri ubi radices egerit.


Hac unâ & solâ viâ adspirat Rex ad regni cœlestis possessio-
nem, impendendo tanto negotio summulam aliquam argenti
Peruviani, hinc æternum nomen, Imperium novi Orbis of-
fertur. Et cum nemo sit, qui pro hoc in Regem collato benefi-
cio petat præmium ullum, Ego is sum, simul etiam supplico,
ut felicissimis hisce temporibus, quid certi decernatur paratae
sunt naves præsidia, & Parones, longa via mihi obeunda,
multaq; adhuc tanto itineri defunt, imo maxima jactura ani-
marum, rerumque spiritualium hac mora fit.

Christophorus Columbus, cum suspicaretur tantum no-

vum

Regi Hisp. oblati.

vum Orbū detegi posse, non deſtitit moleſtus eſſe Regi ſuo, ut poſſit demitti in oras exterias, multo minus mihi deſiſendum, cum ſim cerrus de ſitu earum regionum, & ſum tertiis oculatus. Supplex igitur Regē oro, ut ex milibus remedijis, unum decernatur, ut voti compoſt reddar, & bono hoc quod in manib⁹ eſt, frui liceat, nō ero diſſicilis, quin munere meo me non defuturum ſpondeo. Regium erit fræna iniucere Satanz, cùque iugum imponere, qui iam dominatur ijs gentibus, tu Rex imperium uſcipe, ſis iþis Patronus & salvator. Hoc unum peto & rogo.



*Samoedarum, trabis a rangiferis protractis insidentium;
Nec non Idolorum ab ipsis cultorum effigies.*

inde mi-
dicā in
ta prole
dam lib
incolere
viam, pr
ligione,
rijsquer
quoq; an
fluviam
chis per
ad emp
Hic /
incolere
istis pel
monnul
vulosec
negouj,
me de e
diose in

DESCRIPTIO
Regionum Siberiae, Samojetiae, Tingoësiae &
itinereum à Moscovia, Orientem & Aquilonem ver-
sus eò ducentium, ut à Moschis ho-
die frequentantur.

NMoscoviæ est natio, cui nomen Anicouij filij, rusticâ progenie, genealogiam ducens, à quodam agricolâ Anica : Hic agris abundans adhabitabat flumini VVitsogdæ influenti fluviū Dunam, ab Oriente, lambet vero à Septentrione Osoyam , & Vttingam centesimo inde miliari prope Fanum Michaelis Archangeli arem sic dictâ in mare album se exoneranti. Hic Anica locuples, multa prole beatus omnibusque fortunæ donis fruens, acri quadam libidine caprus studebat resuscitere quas terras & regiones incolebant illi, qui quotannis ad mercatum veniebant in Moscoviam, pretiosis pellibus, alijsque mercibus linguvâv, estitu, Religione, moribus plane dissimiles. Samojedas se dicentes varijsque nominibus compellantes. Ferebantur hæ nationes quoq; annis flumine secundo Osoyam & Vttingam versus ad fluviam Dunam , merces omnis generis cum Russis & Moschis permutantes, maxime pelles quas Babylo nicas dicimus, ad emporia deferentes.

Hic ANICA, cupidus scire, unde hi venirent & quæ loca incolebant spes enim maximarum divitiarum affulgebat, ex istis pellibus quas quotannis impostaabant clanculum cum nonnullis amicitiâ contraxit, immo decessit age duodecim servulos comitatu eorum in patriam adjunxit, hoc ipsis dans negotijs, ut regiones quas transirent curiosè exploraret, maxime de eorum montibus, habitaculis, ratione vita, gestibus frudiose inquirerent, ut redientes domum, de singulari ratiopeim

exactam redderent, quod & fecerunt, Anica vero reversos
omnes familiariter suscepit, amice tractavit, tantum silentio
ipsius imposito, quæ intellexerat condidit animi sui generali-
bus, neque cuiquam verbum fecit, sequenti anno cum exteri
ad mercatum venirent, plures socios itineris ex suis adjunxit,
imo amicos, & sanguine junatos, ijsque commisit merces non-
nullas vilioris pretij, ut tintinnabula, crepundia, & quales Ger-
mania mittit, etiam hi singula regionum istarum diligenter
perscrutari sunt, cumque quamplurima deserta, & flumina
emens effens, pervenerent ad flumen Obi, ubi contracta cum
Samojedis amicitia, notarunt pelles istic nullo in pretio ha-
beri, si vero inde exportuntur, divitias maximas ex ijs congeri
posse, præterea hanc geniem nullis cingi muris sed gregatim,
& pacifice inter se vivere, a senioribus populi eos regi, eos esse
immundos in cibo preparando, & ferarum carnibus visitare,
panis & frugum nullam habere notitiam, solentes esse atque
industrios, sagittis valere, arcus lento quodam & flexibili lig-
no fieri, lapidibus que acutis, vel piscium spinis præmuniri,
ijsque feras trajicere, quarum maximus ibi numerus: piscium
spinis ipsis acus esic, & nervos fila, atque ita consuete pelles
quibus vestiuntur, quarum pilos æstate ex irorum sum hyeme ve-
ro introrsum vestunt: Notarunt insuper eos tegere domos
suis Alcium, aut similiam animalium pellibus, quas nullo lo-
co habent. Ut omnia uno verbo complectantur, emissarij hi cu-
riose singula observarunt, maximaque pellum Babylonica-
rum copiam onusli ad suos rediere, ex quibus omnia, quæ tan-
topere uebat scire Anica, rescivit planè, qui subsequentibus
annis negotiatus est cum amicis istarum regionum, & foedere
junatos, ut eâ negotiatione Anicovij congesserint maximas di-
vitias, multosque agros undique coemerint, laruit hic dolus
omnes vicinos, ignari unde tantæ opes affluenter, nec defuit
ipsis pietas, ædes enim sacras nonnullas condidere in suis pa-
gis: postea cuiam pulcherrimum templum struxere in urbe Q-

soylâ,

soylâ;
ris, fu-
verbo.
nihil o-
quande-
cum ap-
cansam-
lo reme-
cerant i-
sunt am-
ut qui d-
vidiâ p-
vero fau-
tur aut r-
rent, no-
bebatu-
Inanovi-
socero,
via.

Visu-
latis pri-
corum d-
imperio
facilem-
beriaæ sit
Imperio
beralius
tamen d-
cum ince-
Boris sta-
us est illæ
imo emp-
te cavit,

vero reversos
ntum silentio
sui penetrali-
o cum exteri
suis adjunxit,
it merces nō-
& quales Ger-
m diligenter
, & flumina
contracta cum
in pretio ha-
ex ijs congeti
ed gregatim,
regi, eos esse
bus vicitare,
es esse atque
flexibili lig-
præmuniti,
rus: piscium
nsuere pelles
n hyeme ve-
rgere domos
gas nullo lo-
issarij hi cu-
Babylonica-
a, qua ran-
sequentibus
n, & foedere
maximas di-
uit hic dolus
, nec defuit
re in suis pa-
c in urbe Q.
soylâ,

soylâ ad fluviū VVitsogdam, quām habitabant tum temporo-
nis, fundamentum albo topho substructum erat, ita ut uno
verbo dicam, nullus erat divitiarum modus, neque mensura:
nihil ominus prospera hæc fortuna ipsis suspecta fuit, ne ali-
quando felicitatem tantam negaret, ut s̄p̄ evenit, maximè
cum apud exteris maximâ laborarent invidiâ, cum tamen ipsi
cansam non præberent, insigui quadam providentiâ huic ma-
lo remedium adh̄sbuere, ut certi eis possint de statu suo, didi-
cerant illi ex proverbio usitato apud Moschos, cui in aulâ non
sunt amici, ne homo quidem censendus: sit enim plerumque,
ut qui dotibus aliquibus, aut divitijs affluunt in Moscovia, in-
vidiâ præmantur, aut falso accusentur apud Principem, nisi
vero fautores habent, illico iudiça causa ad extrema redigun-
tur aut radicitus evelluntur: Hi Anicouij cum opibus afflue-
rent, non defuit ipsis in aula fautor, qui secundus a Rege ha-
bebatur, dictus Boris Goddenoof, gener Imperatoris Fedor
Iuanovitz, tum temporis regnantis, hic vero Boris defuncto
socero, in regno successit ut appareat ex Annalibus Mosco-
viae.

Visum igitur fuit Anicouij, huic Boris omnia aperire, ob-
latis primum ei de more muneribus, hoc unum rogantes ut
eorum dictis faciles præberet aures, se quid habere quod toti
Imperio usui esset, & prodesset: Boris arrestis statim auribus se
facilem præbuit, eique aperuit terrarum Samojeda- & Si-
beriae situm, tum quæ ibi est visa, & notata, & quâe opes huic
Imperio Moscuitarum possent affluere, multo quam antè li-
beralius eos exceptit: hæc cum satis planæ ipsis aperuissent, nihil
tamen de sua negotiatione, iu ijs regionibus, & quam te&c
cum incolis egissent, quantasque divitias brevi convalescent.
Boris statim ardore cupiditate, ac velle ista inquirete, complex-
us est illos, non secus ac ex se natos, & addignitates promovit
imo amplissimo Imperatoris nomine ipsis concessio diploma-
te cavit, ut sine contradictione terris & agris perpetuo liberé
frucentur,

fruerentur, eosque pro libitu in hæredes transserent, & quod maximum immumes essent ob omni tributo in perpetuum, sic paulatim crevit eorum fortuna; ut etiam si forte hyberno tempore in urbe Moscuâ essent, eos suâ rehi iussit, quod maximum est honoris genus, si deferatur a Magnatibus qualis hic Boris erat, penes eum enim totius regni Imperium. Vbi vero singula preprendisset Imperatori rem totam aperuit, cui neq; displicuit, imo maximo deinceps honore hunc BORIS affect, eique totum hoc negotium commisit: Ille non segnis, Ducum magnanimorum, & tenuioris fortunę Nobilium qui bus favebat, operā est usus, jubebatque ut eos itineris comites sibi ad sciscerent, quos Anicouvij adjungerent, splendideque se vestirent more Legatorum, adjunctis insuper aliquot militibus, muneribusque exigui pretij, quæ gentibus largirentur, quas accederent, iisque hoc in mandatis dedit, ut omnes Vias publicas, vel Regias, Flumina, Sylvas, & loca singula notarent, etiam ipsa nomina, ut post redditum de singulis rationem possent reddere nec immenor hujus mandati fuit, ut humaniter gentes istas tractarent, comiter exciperent, interea tamen de commodissimo loco despiceret, ubi Arx, aut propugnaculum quoddam exstrui posset, imo si fieri posset, ut incolas istarum regionum in Moscoviam unà secum adducerent:

Legati hi, vestibus, armis, pecuniâ, donarijs, omnibusque rebus ad iter necessarijs instructi, Moschuâ discedunt, VVit sogdam postea apud Anicouvios deveuere, qui jam & socios itineris destinarat, una & amicos nonnullos, eorumque liberos. Vbi eodeventum fuit, egerunt, sedulo inquirentes, de optimis quibus maximum honorem exhibuerunt, & munuscula obiulerunt, quæ ipsi videbantur maximi valoris, quæ tantâ gratia apud exercitos peperere, ut Moschos, occurrites, plausibus & clamoribus exciperent, ad pedes eorum scabijcerent, imo ob cultum tam splendidam pro dijs eos haberent. Interea data occasione, cæpere Moschi interpretibus usi Samojedis, aliquot annis

annis in & loqui bant lau taque ob bantur m tellexera votis sati in Mosch pacto mu vinxerunt mitente arcum tra quæ ipsi melij, caputato, qu Fluvium & Aquila ferarum tr res, sylvæ liqui Alci bus veloc que occa fideliter n rum ut lin voluntarie suam Mō de singuli Imperato bantur on rent dexte edita, ut si nostratis d secedeban

ent, & quod
erperuū , sic
hyberno tē-
d maximum
lis hic Boris
Vbi vero
ruit, cui neq;
B O R I S af-
e non segnis,
obilium qui-
eris comites
splendideque
aliquot mili-
largirentur,
omnes Vias
ala notarent,
tionem pos-
ut humaniter
ca tamē de
pugnaculum
colas istarum
nibusque re-
nt, VVi tog-
& socios iti-
nique liberos.
s, de optimā-
& munuscu-
tis, quæ tantā
tes, plausibus
rent, imo ob
Interea datā
jedis, aliquot
annis

annis in pagis Moscoviaꝝ addiscēdæ linguae gratia versatis, agere
& loqui magnificè de suo Imperatore, quē infinitis extolle-
bant laudibus, ut Deum terrestrem eum patē facerent, multa-
que obiter adiiciebant, quibus cupiditate videndi inflamma-
bantur magis ac magis, avebant enim oculis videre ea quæ in-
tellexerant, oblatâ hac occasione studuerunt Moschi, eorum
votis satisfacere, addebāt & illud se obsides relicturos, qui dum
in Moschoviâ Barbari essent, linguam eorum addiscerent: hoc
paſto multorum hominum animos cis Fluvium Obij sibi de-
vinxerunt; qui se ultro sceptro Moschorum subiecerunt pro-
mittentes singulis annis, in singula capita, (ne pueris quidem
arcum tractare dissentibus exceptis) binas Sabellorum pelles,
quæ ipsis nullo loco erant, sed Moschis maximo, imo instar ci-
melij, eas promiserunt se satisfacturos Tribuno ærario, de-
putato, quod & accedit satis fideliter. Trajecere de hinc legati
Fluvium Obij, & ducentas fere Leucas trans Fluvium, Ortum
& Aquilonem versus emensi sunt: obtulere se passim variæ
ferarum species, limpidissimi fontes, stirpes & arbores rario-
res, sylvæ amænissimæ, etiam nonnulli Samojedæ, quorum a-
liqui Alcibus vehebantur, aliqui rhedis qui a Cervis, & Cani-
bus velocitate cervos superantibus trahebantur: Multi deni-
que occurrerunt, visu & admiratione digna, quæ ordine &
fideliter notarunt. Omnibus hisce transfactis, non nullos suo-
rum ut linguam addiscerent, apud Samojedas reliquerunt, &
voluntarios Samojedarum assumserunt, ducentes in pattiam
suam Moschoviam, felicissime iter absolverunt, & ratione
de singulis reddidere huic **B O R I S**, qui verbo tenus omnia
Imperatori recensuit, felicissimumque successum. Admira-
bantur omnes, adductos ad se Samojedas, jusseruntque ut ede-
rent dexteritatis In sagittando specimina, quæ ita docte ab illis
edita, ut fidem superent: nummulum enim ad magnitudinem
nostratis dimidiati stuferi, arbori adfigebant, e cuius conspectu
secedebant longe, ut vix dignosci posset, attamen singulis iicti-
bus.

bus scopum feriebant, quod spectatoribus miraculo fuit, & admirationi.

Ita è contrario hi Samojodæ mirabantur cum mores & vi-
ram Moschorum, tum & urbis Moscuæ splendorem, sed non
sine horrore intuebantur ipsum Imperatorem, ita splendide
vestitum, si aut equo veheretur, vel locutâ, a multis equis tra-
heretur, quamplurimus nobilibus non minus splendide or-
natis cingeretur satellitibus quadringentis, armis suis instructis
publicè observaretur, nihilominus sonum campanarum ad-
mirabantur, quarum in urbe Moscua infinitus numerus, etiam
luculentissimas officinas publicas urbis, imo fastum & splen-
dorem totius civitatis, ut in Deorum thronos se sublatos sus-
picarentur, at hoc unum erat in votis, ut popularibus suis lice-
ret adesse, eisque rerum visarum Historiam narrare, quin bea-
tos se prædicabant, si tanto Imperatori se possent subjicere,
quem plane pro Deo quodam habebant. Cibos à Moschis ap-
positos avide comedebant, gratiorens enim palato coenâ erant
carnibus crudis, quibus in patriâ vescuntur, aut piscibus vento
duratis & merito.

Tandem eo devenit, ut Imperatorem in Principem suum
delegerint, etiam populares longè lateq; diffusos, ad idem for-
dus induxerint, cumque supplices rogarunt, ut dignarentur eos
eo honore, ut Gubernatores nonnullos mitteret, a quibus re-
gerentur, quibusque tributa prædicta persolverent.

De idolatria istarū gentium, nulla mentio, sed non subla-
ta est, non dubito namen Christianam fidem apud eos facile
posse propagari, si modo idonei satis, & maxime pīj verbi divi-
ni præcones eō mitterentur, quod opus maximè Christianum
non intermitteatur, ubi Marsab ipsis exulaverit.

Hisce omnibus ita transactis Anicouij, ad magnas dignita-
es ascenderunt, magna que passim immunitate quin & Impe-
rio in finitimiis terris donati, latifundia centū inter se milia-
bus dissita, ad fluvios Dunam, VViisogdam, & Sochnam pa-
cificè

cificè po
& habeant

Delib
ad flume
ta, ut in i
mittant
terras de
enim str
Gallicor
faxis, par
usque ac
sunt. Tam
nonnulli
rls, Rus
exules, ha
gantur: q
aliqui lib
hinc pop
unâ cum
co quotidi
immuni

Isti tra
B E R, si
R I Æ, n
rodamer
enim sta
abijt in c
quando
men abo
liâ, ubi M
& in pat

ulo fuit, &
mores & vi-
cim, sed non
ra splendide
s equis tra-
splendide or-
nis instructis
panarum ad-
nerus, etiam
um & splen-
sublatos sus-
bus suis lice-
e, quin bea-
nt subjicere,
Moschis ap-
coram erant
scibus vento
cipem suum
ad idem for-
gnarent eos
, a quibus re-
t.
ed non subla-
ud eos facile
ij verbi divi-
Christianum
gnas dignita-
uin & Impe-
er se miliari-
Sochnam pa-
cificè

cificè possidentes, ita ut potentissimi, opulentissimique sint
& habeantur, nullusque sit honorum & dignitatum modus.

Deliberatum imo statutum jam apud Moschos, diligenda
ad flumen Oby, & finitimis Regionibus, loca, natura sua muni-
ta, ut in ijs struant, & praesidiario milite firment Arces, coque
mittant Gubernatorem publicum qui magis ac magis vicinas
terras detegat, regnoque adjiciat: Nec defuit eventus primum
enim structæ sunt validæ arcæ aliquot, ad formam Murorum
Gallicorum, trabibus directis perpetuis in longitudinem, sine
saxis, paribus intervallis, quæ multo aggere intus effaciuntur
usque ad iustam altitudinem, quæ postea praesidio munitæ
sunt. Tantaque in dies eo mittitur hominum multitudo, ut
nonnullis locis jam collectæ sint civitates, è Polonie, Tart-
aris, Russis alijsque nationibus inter se mixtis. Omnes enim
exules, homicidæ, proditores, fures & qui morte digni eò rele-
gantur: quorum nonnulli aliquandiu in vinculis detinentur,
aliqui liberè vivunt aliquot annis, respectu sceleris commissi;
hinc populosq; tandem coalverunt hominum societates, quæ
unâ cum arcib; integrum conficiunt regnum, confluentibus
eo quotidie multis tenuioris fortunæ hominibus, ut fruantur
immunitatibus, ibi concessis.

Isti tractui nomen est SIBERIA, urbi in eo exstructæ SIB-
ERI, sub initium facinorosi, ubi inaudissent nomen SIBER-
IAE, non aliter expavescabant, quam flagitosi apud Amste-
rodamenses famosum illud PISTRINVM, ablegabantur
enim statim Siberiam versus, jam vero poenæ istius frequentia,
abijt in contemptum, Optimates adhuc, & nobiles Moschi si-
quando incurserunt in Principis indignationem, Siberiæ no-
men abominantur, cum sæpe eò ablegentur, cum totâ fami-
liâ, ubi Magistratui subjiciuntur dum Imperatoris ira sedetur,
& in patriam revocantur.

D

L
S

S

Lo
So

So

Caerte van't noorderste Russen, Samoeden, ende Tingoessen

Abkondige en verkeerde Reysse nammen.

Rabbeus Paros.

Toros.

Terre de grotte.

Groenland.

Ossia.

Dobbelman. Dr.

Groenland. Nybyggen.

Dobbelman. Loppe place.

Groenland. Neder groenland.

Zembla.

Almaya.

Cossen.

Ossia.

Mari of Jan
Costinland.

Nova Zembla

Lacqo Esterua.

Povmons.

Savron.

Nejaja.

Magfij.

Gafsi.

Goppo.

Glou.

Hiccon.

Concina.

Ross.

Lectnastroma
of
Somersyde.

Murman.

t' Casteel
Archangeli.

Somersyde oft Lectnastroma.

Bassi.

Confins.

Telefca.

Sla bora.

Kofan.

Ugol.

Ugol.

Ugol.

Ugol.

Ugol.

Ugol.

Ugol.

de Tingoesen Landt : alsoo dat vande Russen ghetekent, en door Isaac Massa vertaelt is.



Itiner
e M

Nome
chise



citur hic
strum co
extende
VVayg
domada
leni per
quod la
merces i
men, q
profluit
dies cor
Cams
dicatum
continu
Moscov

centu



BREVIS DESCRIPTIO

Itinerum ducentium, & fluviorū labentium
ē Moscovia Orientem & Aquilonem versus, in Si-
beriam, Samojetiam & Tingoësiām, ut a
Moschis hodie frequentantur.

Item,

Nomenclaturae oppidorum in Siberia a Mos-
chis conditorum, quæ prorex gubernat, etiam incogni-
tis explorat, & occupat, ita ut in magnam
Tartariam fere penetrarit.

Ex urbe Soil, ad fluvium VVitsogdam, quem
accolunt Anicovij, contendunt adverso flu-
mine, donec perveniant Iavimiscum, oppi-
dulum istud a Moschis conditum, & Soilā
septendecim dierum, itinere fere dissipatum,
multis fluminibus & sylvis molestum. Nas-
citur hic VVitsogda, ex montibus Ioëgorijs, Tartariae ad Au-
strum conterminis, Boream versus ad ipsum Oceanum usque
extendentibus: ex ijs dem labitur & Perziora, qui cis fretum
VVaygats Oceanō se immiscet. Iavinisco digressi, trium heb-
domadarum itinere emenso, Neemū flumē attingunt, quod
leni per sylvas fluit agmine, unde & nomen habet Ne-ems,
quod latinis mutum, illud navigant pene quinque dies, hinc
merces suas ad leucam unam transferunt ad VVisseram flu-
men, quod ē rupibus Ioëgoriorum montium appendicibus
profluit, quas Moschi Camenas vocāt: tum feruntur novem
dies continuos secundo hoc flumine donec perveniant Zoil
Camscoy, a Moschis conditum, & resocillandis mercatoribus
dicatum, terrestri itinere profecturis, hic VVissera fluvius,
continuato cursu suo, tandem C A M O se miscet, Viatram
Moscoviz oppidum lambens, maximo flumini Rha, quod &

Volga dicitur illabitur, quod se septuaginta ostijs exonerat in
mare Caspium, ut ex fide dignis accepi, testibus oculatis.

Cum aliquandiu moras traxissent in urbe Soil Camscov,
multos equos eduxere eò loci, imo hoc tempore habitatur à
Russis & Tartaris, pagis, & pecoribus affluentibus. Mercato-
res itaq; paululum expeditiores ad iter, equis merces suas im-
ponentes, per montes iter faciunt, abjectibus, pinis, & rarissar-
boribus luxuriantes, inter hos montes traijciunt flumen Soi-
bam, hinc Cosnam, utrumque Septemtrionem versus labi-
tur. Hi mótes in tres partes distribuuntur, quarum duæ prio-
res, biduij, tercia, quatridui itinere superantur. Ac primæ no-
men est Coosvinscoij Camen, alteri Ciiginscoij Camen, ter-
tia, Poduinscoij Camen. Hi montes longè diversi sunt ab ijs,
quos superarunt paulo ante, sylvæ multo pulchriores sunt, &
densiores, vatis etiam passim stirpes producentes. Hec de-
serta etiam a Tartaris & Samojedis frequentantur, ut tantum
pelles preiosas hisce in locis venentur Imperatori Moscho-
rum. Montes Podvinscoij Camen, reliquiæ altitudine supe-
rant, nubibus passim & nivibus testi, ideoque viatoribus satis
molesti, sed paulatim declives sunt. Hinc Vergateriam ap-
propinquat, ubi subsistendū, dum ver appetit, causa est fluvius
Toera, qui vadosus id tēporis, & proximis istis locis nascatur.
At vere novo, gelidus canis cum móribus humor liquitur, &
magnis accrescunt auctib; amnes, scaphis & lēbis traijicitur.

Vrbs hæc Vergateria, primum terræ Siberiæ est oppidum,
aute annos viginti & unum conditum, & nonnullis alijs in
ijsdem regionibus: civibus abundat, a quibus agri vicini, ut
in Moscovia fit, coluntur. Hic residet Prorex, ut ita dicam,
aut Gubernator, qui maximam quæstannis, initio veris, fru-
gum, annonæque copiam, omnibus præsidariò militi munici-
tis Siberiæ arcibus, distribuit, imo & Moschis trans flumē Obi
degenribus, hoc pacto prospicit cum ibi non colatur tellus,
& Samojeda, ferinā visitent: Secundō Toerā lumine navi-
gantes quinquiduum, Iapaniā deveniunt, oppidulum ante

bicennium

blenni
ferunt
anfract
vero le
plæriq

Tan
unt, du
naviga
plurim
re Iapa
pretiosa
comme
semetra
penetra
tales, &

Tinn
de venit
des est, &
deserunt
ta, in Me
jus dicitu
viā, eiq; q
deseruerat.

cōmercia
Tartariā
gis, divulg
Vnde Mo
has ḡetes
dū minim
exercetur
bus sacros
ta; Talis a
amplecti c
hibetur, qu

biennium strūctum, & colonis insessum, hinc rursus Toera
feruntur, sic biduum progressi, cogitatur ob viæ compendium
anfractuososque ejus meatus, sæpe se terræ committere, hæc
vero loca jani passim habitant Tartari & Samojedas, pecuarij
plætique omnes & navicularij.

Tandem emenso Toerâ, ad ingens flumen Tobol deveni-
unt, ducentas fere leucas à Veagateria distans, & hinc Tinnam
navigant, oppidum populosum, à prædictis cōditum: quam-
plurimi etiâ rhedis, hiberno tēpore, duodecim dierum itine-
re Iapansi Tinnam perveniunt, atque hic maxima pellum
præiosarum, inter Moschos Tartaros, Samojedasque vigent
commercialia; oportuna hæc navigatio ijs, qui tantum uno
semestri abesse volunt domo, quam plurimi ratmen ulterius
penetrant, imo ipsum flumen Obij transiunt, regiones Ori-
tales, & Meridionales perambulâtes.

Tinnâ Tobosciam, Siberiensium oppidorum Metropolim
de venitur, ubi supremi Proregis Siberiæ ac Moschorum se-
des est, & quotannis huc omnium vicinarum Vtbiuum tributa
desceruntur, tâ cùs quâ citra collecta, & publico cōmeatu muni-
ta, in Moscovia ad Imperatorem deducuntur: & hic summo jure
jus dicitur, a Prorege cui tanta potentia, quâta in ipsa Mosco-
via, eiq; quotquot in Samoiediâ, Siberiaq; gubernatores fasces
deseruant. Viget proterea hic rerum e Moscovia deportatarum
cōmercia, confluētibus cò ex tractu Australi, & ab ultimâ fere
Tartariâ Tartaris, aliarumq; gētiū hominibus, ita ut quo ma-
gis, divulgatur regionū istarū fama, cò frequētiores cōcurrat.
Vnde Moschis non exigua proficisciuit utilitas, qui tâ pacifice
has gētes subjugarūt, eisq; ita addictæ, ut de earū fide desperā-
dū minime sit. Passim etiâ strūcta ab ijs tēpla, in quib; Græca
exercetur religio, quæ Russis quāplurimi s̄q; Septemtionali-
bus sacrosancta est, licet non paucis superstitionibus deprava-
ta; Talis autē est status, nemo invitus religionē hæc vel illam
amplecti cogitatur, sed à Russis media quædam nō violenta ad-
hibetur, quibus homines istos luci faciāt, ducāt, & nō cogāt.

Sita

Sita est urbs Tobolsca, ad fluvium Iirtim, qui rapidissimo flumine, instar Danubij a parte meridionali ortum ducens in Oby se exonerat, qui & ex eodem tractu videretur labi, alteram urbis partem lambit fluvius Tobol, unde urbi nomē est: cui se miscet fluvius Taffa, ab aquilone ex montibus maritimis ortum ducens, ad hujus ripam Moschi nuper urbem condidere, quam Poliem dixere, colonijs ē Siberia ductis, auxere, hac solā de causa, quod ager fertilissimus eam cingat, nec defint Sylvæ amoenissimæ, nutricolæ variarum ferarum, pantherarum, lyncium, vulpium, fabellorum & martarum. Distat vero Potienum Tobolscā duarum hebdomadarum itinere in Aquilonem. Iirtis fluvius pari ferè a Tobolscā spatio, se commiscet fluvio Oby, ad cujus ostium oppidum Olscoygorum conditum fuit, at postea jussū gubernatoris Siberiae dirutum, causa vero prodita non fuit, eam tamen hanc fuisse suspicor, intensum frigus, vel quod mari vicinus esset, datum aliquod, aut inundationem metuebant, imo maximum periculum si forte populis quamplurimis ditatum esset. Cumque fluvius Obi maximarum aquarum copiā redundet, & ingenitem vicinarum terrarum partem tanquam brachio amplectatur, & circumfluat, atque ita in se refluat, eamque magnam insulam faciat, in eā novam urbem, quinquaginta miliabus à mari dissipatam condidere, quam Zorgoet nominant.

Hinc adverso flumine navigantes, raro utuntur velis, vel quod languidum spirēt venti, vel montes obsint, licet ubique ferè luxuriet Oby, scaphas tamen funibus protrahant, planè eo modo quo Moscoviae fluvios superant.

Ducentis supra Zorgoet leucis emensis Narmiscoy arcem tredecim abhinc annis exstructam deveniunt, cum summus Siberiae Gubernator nonnullos emiserat, terras humano generi commodas, atque urbibus condendis idoneas indagator, eamque id temporis struxere, atque armato milite munire, tractu per quam ameno, salubri, tepido, fertili, & in quo ferarum

feratur
vit in ci
datum e
derent,
humanis
cum im
interior
dem, sed
decem, c
in region
moderate
goribus e
Siberiam
temporis
curae eran
colonias e
bus, Arce
bam, adju
at Toom
loci olim
moenitate
multarum
Vrbs impo
valeat, in
Toom, &
guntur ger
mojedis, &
se negotia
olurimi i p
ecque dom
incredibile
Oby & Iyr
z sunt, cō

i rapidissimo
rtum ducens
ur labi , alte-
bi nomē est:
tibus mariti-
er urbem cō-
uctis,auxere,
ngat, nec de-
rum,panthe-
um.Distat ve-
um itinere ia-
patio,se com-
Olscoygoro-
Siberiæ diru-
anc fuisse sus-
set,damnum
ximum peri-
det.Cumque
et, & ingen-
io amplecta-
ue magnam
inta miliari-
ominant.
ur velis, vel
,licet ubique
hant, planè
uiscoy arcem
um summus
humano ge-
as indagatu-
milite muni-
ili, & in quo
ferarum

feratum & avium chiliades, hinc tandem incolis ditata, excre-
vit in civitatem, cumque sita sit in Euronotum , ijs id negotij
datum est, ut ad ulteriora, calidioraque loca pedetentim ascen-
derent, & sincerè ubique negotiarētur obvias quasque gentes
humaniter tractarent, quo latius tandem regnarent, & Russi-
cum imperium extenderetur ; cumque gregatim sēpe terras
interiores explorassent ultra cētum leucas, amēnissimos qui-
dem, sed cultoribus vacuos invenire tractus, sed abhinc annis
decem, cum adverso flumine Oby, ducēta miliaria superassent,
in regionem non minus uberem, quam amoēnam inciderunt,
moderatē calidam, nullo p̄nē incommodo laborantem, fri-
goribus omnibus liberam ; hinc occasio oblata redeundi in
Siberiam , atque Imperatori Moscoviae significandi. ubi id
temporis imperabat B O R I S G O D D E N O O F , cui hoc
curae erant, illico in mandatis dedit Gubernatori Siberiæ , ut
colonias eō mitteret, urbemque conderet ; nec caruit successi-
bus, Arcem statim condidit, loci oportunitate, & formā super-
bam, adjunctis nonnulis castellis, ut nunc nomen urbis audi-
at Toom , quod intellexerint Tartarorum multitudinem eō
loco olim consedisse, à quibus hæc urbs ob exitiam situs a-
moēnitatem nomē hoc accepit, quorum Rex erat Alsyn, hinc
multarum gentium locis campestribus se detinentium hæc
Vrbs impetus sēpe suscitaret, nunc vero cum viribus & armis
valeat, in Regnum novum surget. Cæterum intra urbem
Toom , & arcem Narmiscoy, & Sibiriā, quamplurimæ dete-
guntur gentes, quæ se Ostacki nominant, & cum Tartaris, Sa-
mojedis, & Russis in unum jam corpus coāluere, amicè inter
se negotiantes, auro varijsque mercium generibus. Quam-
plurimi ipsis Reges imperant, quales in India, non longè la-
teque dominantes: & uno verbodicam, Moschi in illo trāctū
incredibiles fecere progressus & ulteriores speramus. Intra
Oby & Iyrtim Fluvios quamplurimæ arecs, urbesque condi-
te sunt, eō fere tempore cum Tobolscam conderent, opibus
jam

jam affluentes, quatum incolæ sunt Moschi Tartari, Samoiedæ, omnes mansueti; earumque prima est Tara hinc Obi & Irtis. Itinere decem dierum distant, etiam illa quam Iorgoet dicunt, condita ante quindecim annos, etiam Besou, & Manganeiscoy gorad, sitæ ad Austrum, at in parte occidentali fluminis Obi, incolæ student ulterius progrederi. Cis Obi sitæ sunt urbes Tobolsca, Siberia, Beresou, & quamplurimæ aliæ, ad diversa flumina, indies exstruuntur. Trans Obi sunt Narim, & Toomen, ijs in locis incolæ utuntur cervis, loco equorum etiam canibus velocibus, quos pleriq; piscibus vento du-tatis educunt & nutriunt, quæ sint validiores.

Iorgoet in Insula quadam fluminis Obi sita est.

Ab urbe Narim orientem versus iter facientibus occurrit fluvius T E L T A, in cuius ripa arx Congofiscoi condita est, etiam præsidio munita, hujus incolis cum Narimenisibus à Gubernatore Siberiæ ante septennium in mandatis datum. ut ulterius in Orientem pergerent, & quæ incognitæ gentes illuc viverent indagarēt cumq; decem hebdomadarum iter emen-si essent, per deserta ampla, loca amara, arboribus & flumini-bus varijs ornata, deprehenderunt magalia quædā in campis, & insignē hominū inultitu dinē, sed cum duæ toribus Samoie-dis ac Tataris uteretur, locorum i storum gnaris, nihil timue-xunt. Appropinquatæ vero reverēter, & officiosè exceperunt, & per interpretes Tingoësi se vocari dixerunt, & ripâ flumi-nis Iencisia accolere, quā ab Euronoto fluere affirmabāt, sed de origine eius nihil constabat, & latitudine superabat flumē Obi. Accolæ hi strumis à mento propendentibus erant defor-mes, & gloientes inter loquendum ut Pavones Indici, lingua eorum non dissimilis a Samoiedarum, cum se mutuo in mul-tis intelligerent.

Fluvius Iencisia, magnitudine Obi superans, ab Ortu ex-celsis montibus vestitur, ignivomis nonnullis, & sulphureis, ob occasu, planus est, eximè fertilis, herbis, arboribus, flori-bus

bus vi
Notat
septua
pti na
flume
flumin
sucta,
Tin
tationi
quem
numer
choru
No
nis gla
Obi &
gnita,
vomar
tio , u
mis loc
ra freti
conflu
to inte
stia tar
ut in se
tudine
te navi
Sed
superan
tes Au
compl
Reges
dies ite
men in

ttari, Samoje-
ra hinc Obi &
quam Iorgoet
esou, & Man-
ccidentalii flu-
Cis Obi sitz
plurimæ aliae,
Obi sunt Na-
vis, loco equo-
büs vento du-
est.
tibus occurrit
oi condita est,
arimensibus à
datis datum. ut
itæ gentes illic
m iter emen-
us & flumin-
dā in campis,
ribus Samoie-
s, nihil rimue-
sè excepérunt,
& ripā flumi-
ffirmabāt, sed
erabat flumē
us erant defor-
Indici, lingua
natio in mul-
, ab Ortu ex-
& sulphureis,
oribus, flori-
bus

bus virēs, & fructibus abundās nec deest aviū omniū varietas;
Notatu dignum flumen hoc verno tempore campos spatio
septuaginta leucarum inundare, non secus ac de Nilo A Egy-
pti narrant Historiæ, non minus edocti Tingoësi, trans ipsum
flumen, & in vicinis montibus deguant, donec refluat, relapsò
flumine ad campos redeunt, armentaque sua ad pabula con-
sueta, & planitiem reducunt.

Tingoësi humanitatis vestigia præseferunt, inducti ad hor-
tationibus Samojedarum, eidem Gubernatori se subjecerunt,
quem loco Dei honorabant. Non licuit cognoscere quod
numen illi colerent haec tenus, credo evenire negligentia Mos-
chorum, non sedulo singula inquirentium.

Non profecto admirandum, fretum hoc Waygats, quotan-
nis glacie obstrui, a parte boreali, cum magna ista fluminæ
Obi & Ienesjea, aliaque compluræ vicina nobis adhuc inco-
gnita, tantos glaciei accervos, tantæque crassitudinis montes e-
vomant, ut fidem superent, fit enim non numquam veris ini-
tio, ut glacies præcrassitudine & multitudine sua, in mariti-
mis locis, totas a terris abrūpat sylvas, hinc est quod ad littora
freti Waygats tanta passim conspiciatur lignorum undique
confluentium copia, cumque in illo ad Novam Zemlam fre-
to intenſissimum sit frigus, nihil mirum, si in ipsa freti angu-
liam tam immanes coacerrentur, & concrecant glaciei moles,
ut in sexaginta aut minimum quinquaginta ulnarum cras-
tudinem coalescant, ut dimensi sunt illi, qui ab Isaaco le Mai-
re navigolo quodam eo missi ierant.

Sed ad rem. Suscepere Moschi postea iter paulo ulterius,
superantes Ienesjam, sed rectâ in Orientem, non deflecentes
Austrum versus, comitibus Tingoësijs, ex quibus didicerat
complures gentes incognitas, habitare Australiem partem, &
Reges eorum perpetua inter se bella gerere; sed cum aliquot
dies iter fecissent sine fructu, ad suos rediere. Tingoësi sta-
men in mandatis dedere, ut penitus illos tractus lustrarent

amicitiam omnem pollicerentur quod & factum, fædus enim cū illis pepegere, discedentes ex oris istis, Moschos, sacerdos Samojedas, ac Tartaros, ipsis reliquerūt, muneribus non negletis. Sequenti anno Tingoësij emisere nonnullos e suis, rectâ in Orientem, ulterius aliquanto quam antea progressi, inciderunt tandem in quendam alium fluvium, Ienesciâ quidem minorem, velocitate non disparem, cuius cursum aliquot dices subsequentes, deprehenderunt homines quosdam, quos eurus antevertentes apprehenderunt, sed lingua dissimiles erant, sed certis quibusdam iudicijs & vocibus Barbarorum, Om Om subjuncte ingemuantium, cōjecerunt ab altera fluvij parte crebra audire tonitrua; & strepitus hominum, ipsum vero lumen digito monstrantes, Peisida dicebant, hinc Tingoësij, & Tartari colligebant id nomen fluvij esse: at postea cognorunt Moschi, sonitus campanarum Om Om significari, repetentes vero patriam, nonnullos accolarum fluvij secum duxere, sed in itinere omnes perierunt, an metu, an aeris insolentiâ incertum est, dolebant profecto, omnes comites, tam Tingoesij, quā Samojedas eorum interitum, redeentes enim, asserebat esse homines ingeniosos, formâ honestâ, oculis parvis, facie planâ, colore fusco, & ad lutum vergente.

Hoc cum cognovissent Moschi ex Samojedis, a regionibus Fingeësiorum in Siberiam redentibus, statim cupiditate inflammatis fuere, ulteriora iuvestigandi petentes. Prorege itineris comites, qui statim petitioni annuit, cōcessâ simul magna militum manu, calege ut singula dispergerent, Tingoesios, Samojedas, ac Tartaros coniungerent, quod & factitatum, septingenti enim viri bellicosi, trajecserunt Fluvium Oby, & Samojedarum ac Tingoeësiorum terris trajectis, devenerunt ad Tenesiam flumen, quo trajecto ad ulteriora perrexerunt, duabus Tingoesijs, qui non tantum antequam lonus obibant munus, sed & de cōmœatu omnibus prospiciebant, captis mirâ quedâ dexteritate avibus, Cervis, capris, alijsque varij generis.

fctis,

sum, sedus
Moschos, sed
unericibus non
nonnullos e
m antea pro
viū, Ienesciā
us cursum ali
nes quosdam,
quā dissimiles
Barbarorum,
baltera fluvij
um, ipsum ve
hinc Tingoē
at postea, co
n significari,
fluvij secum
an aeris infor
comites, tam
runtes enim,
ā, oculis par
te.
, a regioni
m cupiditate
Protege iti
sā simul ma
Tingoēsios,
titatum, sep
Oby, & Sa
venerunt ad
ixerunt, du
um obibant
, captis mira
varij generis
scis.

feris, nec pīcīum ē fluvījs paſīum deerat copia, tandem ad Peſid
am flumen pīventum, ad cujus ripam tentoria fixere, donec
ficeret navigabile, proximo Vere, quod instabat, cum vero sol
veretur trajicere illud non ausi fuere, ſonitu iſto, de quo antea
inaudierant, ſatis clarē perceptō, quem certo iudicabant, eſſe
campanarum, flante vero ab ulteroīe Peſidae ripa vento, per
cipiebant strepitum equorum & hominum, nonnumquam
vela iſpis viſa, at pērpaucā, quaē ſecundo flumine naviga
bant, at quadrata, qualia hodie Indorum: at eo loci ubi
primum conſtiterant nūtlos homines deprehenderunt, etiam
moram trahentes cā in regione, notarunt flumen Vere
novo augeri, periculum tamē ex eo nullum, cum ripa utrim
que ſit pīalta. Sub Autumnum revertentes, narrarunt
quantopere delectarifuerint loci amoenitate. Mensibus A
prili & Majo pīcipue, quanta iſtic stirpium, rariorū flo
rum, fructuum, arborum, avium, ferarum, armentorum co
pia, at Moschi ſuavitatibus hiſce non capiuntur, nil niſi lu
ctum vīle meditantes, in cāteris planē faxei ſunt: De veri
tate vero non dubitandum cum iuramento omnia & ſingula
conſimmarint.

Hēc fama cum in Aula Moschorum pīctebuiffet, Borius
Imperator, reliquie regni Proceres admirabantur quam
maxime, imo illos invasit cupidio ſingula diligenter per
ſcrutandi; Ideoque ſtatutum erat, annuente ipso Impera
tore eo mittere Legatos, munericibus Regiis instruatos, co
mitibus Tartaris, Samojedis, & Tingoēſis, ut ripam ulterio
rem fluminis Peſidae luſtrarent, ejuique ſitum notarent, eti
am amicitiam cum Regibus, populisque contraherent, ſi qui
effent, aut regerent, ſingula obſervarent, reversi diſtinctē nar
rarent, maximē quaē antea de Campanarum ſonitu allata, ſed
caruerunt hēc omnia eventu, ob bellā civilia nuperrimē inter
Moschos exorta, ut ex eorum deſcriptionibus fuiſius liquebit,
quaſ brevi Deo volente publicas faciemus.

Interea tamen Gubernatores non defuerunt suo muneri, non cessantibus hisce bellis in eos tractus emisere nonnullos, multis e Siberia clivibus voluntarijs comitibus, qui cum Tinguës iter transivissent, fluvium Ienesiam transivissent, pedes reliqui iter absolverunt, plerique tamē vitæ cōmodiori assueri, itineris molestiā in viâ ipsâ perierunt, superstites vera ea fuisse deprehenderunt, quæ ab alijs narrata, maximè que de sonitu Campanarum, & strepitu Equorum, horumq; allata fuerant, at dissuadentibus accolis non ausi fuere flumen traijere, sed aliquandiu in montibus haeserunt, unde & emicare crebras viderunt flamas, Sulphur, & Lydium lapidem reportarunt, ut de sodinis pretiosis certa sit fides.

Iubebat id temporis Gubernator Siberiæ scaphas aliquot regumentis cooperiri, primoq; vere ad fluminis Obi ostium decurrere, & littus legere, donec ad fluvium Ienesiam pervenirent, quæ se etiam exonerabat in mare, eam adverso flumine navigarent aliquot dies, Simil etiam eò mittebat nonnullos qui pedestri itinere ad ripam fluminis contendenter, scaphas ibi præstolarentur, si nō inciderent in eas, anno elapsò reverterentur. Præcipue illis qui oras maritimas legerent mādabant, ut singula notarent, & lustrarent. Præfectum etiā quendam illis adjunxit nomine Lucam, cui maximè negotium omnē commisit, dimisi mari se commiserunt, atque ostium fluminis Ienesij subiecte, incideruntque in illos qui pedestre illud iter suscepserat, qui nonnullos ex conitibus secundo lumine scaphis, ratibusq; ad ostium Ienesij demiserat reip̄ illi expertisunt ita se rē habere ut conjecterat Gubernator. Interea Luca moritur, cu nonnullis Præfectis cōsultius judicarūt ut quisq; in patriam suam cā viâ qua venerat, rediret, quod & feliciter accidit, in Siberiam reduces Gubernatori narrarunt totius itineris successum, de quo statim Imperatorem tertiorē fecit, tota vero Historia adservatur in thesaurario publico Moscovia, eamque examini subjiciunt, cum bellâ hæc civilia composita fuerint,

suerint
tam fer
luxuria

Viv
his dete
tris jam
didit, ip
locoru
ultrâ fl
bella ru
magnâ
rum in
lius no

Fluv
detur e
quidam
suas eve
Samoi
tis, in ci
Ienesia
mojedis

Hæc
Moscuā
cum ad
nō licui
re ab ali
gaiinne

bo muneri,
non nullos,
ni cum Tin-
gent, pedes
diori affueri,
vera ea fuisse
ue de sonitu
; allata fue-
en traijcere,
emicare cre-
em reporta-


has aliquo
Obi ostium
esejam per-
adverso flu-
titebat non-
ntenderent,
anno elapsio
eget, mā-
n etiā quen-
otium om-
ostium flu-
pedestre il-
do flumine
à illi exper-
nterea Luca
ut quisq; in
feliciter ac-
otius itine-
E fecit, tota
oscoviz, e-
composita
fuerint,


suerint, sed desperamus, dolendum profecto si ita negligantur,
tam fertiles insulæ, flumina ampla, Regiones avibus & feris
luxuriantes, & ultra ipsum flumen Ienesciam, longè lateque.
Vivebat tum temporis in Moscovia, amici mei frater, qui
his detectionibus comes fuerat, is tabulam quandam, ex fra-
tris jam defuncti ore exceptam, & a se delineatam nobis tra-
didit, ipse vero fretum VVaygats penetraverat, omniumque
locorum usque ad Obi gnarus est, quis vero situs regionum
ultrâ flumen, cognovit ex alijs; est sola hæc quam damus ta-
bella rudis duntaxat illius oræ delineatio maritimæ, eamque
magnâ molestiâ mihi comparati, si vero resciscerent illi quo-
rum interest, actum esset de Moschi illius vita, nomen ideo il-
lius non prodimus.

Fluvius Toas se exonerat in flumen Obi, profluens ut vi-
detur ex locis Ienesciæ vicinis, sylvâque vastâ, ex qua & alias
quidam fluvius profuit, proximus Toæ, in Ienesciâ aquas
suas evomēs, adeo ut ab Obi maritimo itinere, per regionem
Samoiedarum, duabus tantum terrestri itinere leueis supera-
tis, in cidant in flumen Torgaef, tandem secundo flumine in
Ienesciam deveniunt, est profecto commoda hac via, & a Sa-
mojedis & Tingoësijs non ita pridem inventa.

Hæc sunt quæ maximo studio resciscere potui, in Vrbe ipsâ
Moscuâ, de colonijs ductis in maximam Regionem Siberiæ,
cum adjacentibus Tartari Scythicisque nationibus: plura
nō lieuit inquirere, immo difficile fuit, hæc quæ retuli impetrare
ab alijs, cum Russis maximè displiceat, si exteris secerat re-
gni innotescant,

Isaac Massa Haerlem.







Gr

Lam
Sor
1000

G

Lan
Sta
Haw







enarrare
& in the
Sed po
striss. D.
ris, quid
Ioannes
undecim
dum iter
& in Chi
initium f
minutari
sex gradu
glacies ul
deflexeru
solidarun
nunciaru
ret, non i
Novam I
ad altitud
quinq; m
Insula a C
in tabulis
tem versu
rentes, kuf
duum, q
Germania
quod C. d

N præfatione postremæ editionis
hujus libelli, cum agerem de descriptione Si-
beriæ, mentionem feci navigationum à Ba-
tavis præstitarum, super detectione transitus,
in Chinam, supra Novam Zemlam, quas jam
enarrare operæ pretium non duxi, cum satis ab alijs descriptiæ,
& in theatrum publicum sint productæ.

Sed postremâ navigatione eo etiam fine susceptâ, jussu Illu-
striss. D. D. Ordinum, videbar in prologomenis tum tempo-
ris, quid majoris momenti promittere, cum alter Præfectus
Ioannes Cornelij Anthrophagus, qui anno sexcentesimo
undecimo à D. D. Ordinibus emissus erat, nondum secun-
dum iter absolvisset, quo studebat Novam Zemlam superare,
& in Chinam transire. Prior enim itinere, cum sub Veris
initium sub altitudine septuaginta duorum graduum, triginta
minutarum, ascenderunt postea ad altitudinem septuaginta
sex graduum, usque ad Crucis Insulam, ad Berefort, hinc, quia
glacies ulterius navigandi iter præcluserat, navemque læserat,
deflexerunt in Lappiam, ad Insulam Kilduyn, ubi navem cō-
solidarunt. Intraea Dominis Præfectis rerum nauticarum
nunciarum de successu, etiam licet via in Chinam non pate-
ret, non sine commodo se reditios, quare hinc solventes in
Novam Franciam navigarunt, Occidente versus deflecentes,
ad altitudinem quadraginta septem graduum, distâtes septuaginta
quinquaginta miliaribus ab Australi promotorio Insulae Ba calaos,
Insulâ a Canibus dictam appulerunt, eadem illa videtur que
in tabulis nostris I. des lous marins. Ab hac insulâ Occiden-
tem versus littus legere, omnes etiam sinus, & Insulas occur-
rentes, lustravere, usque ad altitudinem quadraginta triū gra-
duum, quindecim minutarum, superantes sexaginta leucas
Germanicas, ubi promontorium arenosum deprehenderunt,
quod C. de Sable dixerunt, nonnumquam in portubus nōnullis

myriades Incolarum apparuere, qui verecundia & omnis prodigi, nudi incedunt, dorsum tantum pelle feræ tegentes, ut frigus arceant, quod tum temporis intensius erat, quā æstate in Novâ Zemlâ : Iste Barbari, horrebat frigore, dentibus crepitantes, mucum è naribus desfluentem, & in pectus apertum dependentem non abstergebant, minus munditici studiosi, non tamen plane erant irrationales, cum usus Tabaci ipsis sit frequens in Medicinâ, visuntur enim hic fistulæ, quibus Tabaci fumos inspirant, unius ulnæ, aut cubitus magnitudine, artificiosè sculptæ, imagine ad ipsum orificio, Divi cuiusdam meo iudicio, sedentis flexis genibus, clunibus in calcaneum demissis, ut apud eos moris est, arcubus & sagittis semper incedunt armati, tam fæminæ, quam viri, ut se ab hostibus defendant, quod experti sunt nostri cum se cum Præfecto suo terræ committerent, cum anica in aulâ nauticâ sat is tuto delitescerent, rogarunt enim eos, num is, digito Præfectum monstrantes, dux esset, hoc suo idiomate, Est cœcij Capiteyne d'Hollande, respōdebant nostri, eum esse ; Ecce fæmina quædam retrocedens nonnihil à coetu, sagitta Præfectum jaculata est, ex quo iictu etiam illico perire, nihil minus à reliquis tentatum, ita ut sex cum suo Præfecto perierint, Suspicio nonnullos Nationis nostræ homines incolas in oris maritimis Frâcia novæ, insungi quadâ iuriâ affecisse, hinc in vindictâ erupere laùpiq;. .

A Promontorio de Sable, occidentem versus navigarunt triginta octo, aut quadraginta miliaria, relinquentes ad extris magnum sinum, eumque non lustrarunt : Eò deflebit ora maritima Austrum versus, & Euronotum, ad altitudinem unius gradus & quadraginta, triginta minutarum, ubi se vites vidisse assertunt eraffitudine corporis humani. Sub altitudine vero, quadraginta gr. & 35 mi. sinus est a parte boreali, occidentali, tuus, quem nostro idiomate Fuyck dixere, hinc ora maritima occidentem versus vergit, multis fluminibus luxurians, quam longè ante reliquerat altera Navis, ut secundum iter

supra

supra N
mum re
tis rettu
thropo
fit, hoc
& S., H
insulis v
Dignissi
natione
habend
monij l
quod ac
lium vi
nutla, et

Ira a
bilis def
jaculo i
sibi qua
Boreali
absurdū
bus, mag
Heliseo
Ordinit
rize, in C
diorē af
tur, Sol
Senetiæ
certa es
seris, eò
navigati
& frigor
absurdū
landiæ, &
octogin
goris, ne

mais prodi-
ces, ut frigus
state in No-
us crepitam-
pertum de-
udiosi, non
ipsis sit fre-
bus Tabaci
dine, artifi-
i cujus dana
calcaneum
emper ince-
ibus defen-
o suo terræ
o delicesce-
monstran-
e d'Hollan-
dam retro-
est, ex quo
tum, ita ue
os Nationis
Novæ, insi-
t laus inq.
navigarunt
es ad extre-
mæ et ora
dinæ uniu-
rites vidisse
dine vero,
occidenta-
nc ora ma-
pus luxuri-
culum iter
supra

supra Novam Zemlam tentaret, etiam & hæc paulo post do-
mum reversa est, omniaque hæc de Canada, oris que incogni-
tis rettulere socij. Interea illa ductu Ioannis Cornelij An-
thropophagi, usque ad glaciem educitur elabitur æstas, nihil
fit, hoc tantum Geographia digni notarunt, Insulas Matisijn,
& S. Hugo VVilloughbes non reperiri, & mare esse vastum,
insulis viduum, intra Novam Zemlam, & Vrforum insulam;
Dignissimam vero omnium portuum Novæ Franciæ deli-
neationem nobis communicarunt, ijsque pro hoc munere
habenda est gratia. Se sub Climate frigido navigasse, testi-
monij loco attulere, fragmētū glaciei, maximæ crassitudinis,
quod adhuc in Autumno, in Aulâ Præfectorum rerum nava-
lium videtur erat, dæres etiam Morsarum, & exuvias Vrsæ: non
nulla, etiam ex Novâ Franciâ, sed nullius sere pretij omnia.

Ita animosa huic expeditioni (si Dis placet) eventus lauda-
bilis defuit cuius autor fuerat Præfectorus ille Amersfortus, qui
jaculo imbelli (heu) miser in Novâ Fraciâ perijt. Persuadebat
sibi quæ à Guilielmo Barnario, & Iohâne Hugen, in partibus
Borealis præstata, nō satis viriliter gesta esse: Addebat & hoc
absurdū, Sol ē cōtinuo suo splendore, & calore diebus æstivali-
bus, magis salē producunt, qua glaciē, ejusdē opinionis cum
Heliæo Roslin, Doctore Hanoviensi, qui in calce libelli D.D.
Ordinib⁹ dijati, asserit, viā in Septentrionē juxta oras Tarta-
riæ, in Chinā & Iapā, quò magis ad Polum vergit, eò esse cali-
diorē æstate; quæ opinio tā rationi, quā experientiæ adver-
satur, Sol enim radijs obliquis nihil incēdet, sed directis; Sed ne
sentientiæ rationi cōsentaneæ, pugnēt cum erroneis experiētiæ
certa esse judicabimus, quæ docet, quo propius ad Polū acce-
seris, eò frigus esse intētius, tā hyeme, quā æstate. Licer omne
navigationes, & historiae testiūt, de caloribus sub linea Äqui,
& frigoribus intensissimis, sub Vrſā, nō tam ē ipsi satisfiat, ad
absurdū rediget eos descriptio nostra Niculandia, intra Groen-
landiā, & Novā zemlam, sub akitudine septuaginta octo; aut
octoginta graduum ab Äquatore, quæ mentionem faciet fri-
goris, non caloris, quem tamen D. Roslin cum socijs astruit.

De detectione Terræ polaris, sub latitudine oæginta graduum.


Anno millesimo nonagesimo sexto (cum Illustrissimi Domini Ordines, bis nonnullos emiserant, ut viam vel transitum in Chinam in parte boreali investigarent) Consules & Senatores Amsterdamienses duas emisere naves, quibus praefecti Gulielmus Barentzon Amsterdamiensis, & Iohannes Cornelij Rijp, Enchusanus, hi cum pervenissent, ad altitudinem Promontorij borealis in Norvegâ Occidentâ versus cursum instituerunt, induiti a Iohanne Cornelij, metuens si in Orientem defleteret, ad angustias freti. VVaygats deducetur. Ideo inciderunt in Insulam quandâ, sub altitudine septuaginta quatuor graduum, triginta minutarum, quâ Ursorum dixerat, ob copiam, unum interfecere, hunc excoriantes, pelle longitudine duodecim pedum suis deprehenderunt: de flentibus hinc Septentrionem versus, quinto Iunij, fragmenta glaciei occurrere, quæ superarunt, usque ad decimum nonum ejusdem mensis, tum terram deprehenderunt, sub altitudine septuaginta novem graduum, quin pro pagina minutarum, hâc terram nostro idiomate Spitsbergen dixerat, ob multitudinem nivis & montium glacialium altitudinem. Hinc latus Occidentale hujus insulae legerunt, ad altitudinem septuaginta novem graduum, sinum ingressi, intra promontorium Insulae, quam hodie Angli Principis Caroli dixerat, ibi cum biduum habuerint, enavigarunt ad promontorium boreale, quod Angli in tabulis suis appellant Faire Foerlant, nostri vero ob copiam avium, quæ in vela incidebant, dixerat idiomate nostro Vogelhoeck: legerunt ita littus Australis, glacies enim erat impedimento, quo minus mare altum peterent, ut patet ex eorum editis libellis: In hac insula non ita intensus esse frigus indicabat ut in Novâ Zemlâ, campos se vidisse virentis, hinnulos, Anseres minores quam plurimos, ovis incubantes, cum

dicantur.

titudine

Illustrissimi
am vel tran-
Consules &
quibus præ-
& Ioannes
, ad altitudi-
na versus
metuens si in
ts deducere.
line septua-
a Ursorum
antes, pelle
unt : de fle-
, fragmenta
m nonum
altitudine
tarum, hāc
litudinem
atus Occi-
taginaria no-
m Insulae,
n biduum
quod An-
ero ob co-
ate nostro
enim erat
pater ex e-
esse frigus
ateis, hin-
entes, cum
dicantur.





E3

dican
tes M
secuti
marin
maxim
Angl
dental
tum, a
exiguo
anno
Huic
Præfe
Naver
et Be
istis fu
scpted
est qui
domini
non su
stro, F
filius P
solvera
qui sibi
navib
deret, i
unt test
Bonaer
patrem

Hac p
montes,
vestigia
montium
crevisse
peret. C

dicantur in Scotiâ in arboribus nasci. Invenerunt ibidem dentes Morsarum, etiam cadaver Balenæ, mari innatans: Nostros secuti sunt Angli, qui eam Insulam lustrarunt, ut pinguedinem marinorum belluarum sibi compararent, quarum ibi copia maxima; Mercatores nostrates cum intellexissent de lucro ab Anglis jam consecuto, ex artiva ista, aut barbis balenarum, & dentibus Morsarum, qui maiores, pretij sunt quam Elephatum, anno millesimo & duodecimo, eò etiam naves emisere, exiguo tamen cum lucro reversæ, nihilominus idem sequenti anno decimo tertio præstitum.

Huic nostræ fortunæ invidebant tamen Russiæ navigationis Præfecti in Angliâ Londini, qui naves aliquot, & cum ijs Navem præsidariam Tigrim dictam emisere cum Præfeto Benjamino Josephi filio, ut önes reliquas nationes ab oris istis fugaret, quod & ab ipsis præstitum est: Sexdecim enim ant Septemdecim naves nostrarii ipsis diripuerent, prædætes pro more est quicquid usui esse posse, insuperiusserunt satis imperiose domum reverti, sub pena suspēdij, si diutius hæcerent, non sine autoritate mandati Regij, ut patri suo Prætori nostro, Filius Sem à Does nunciatavit, quod & vidisse se ait: Hic filius Prætoris, cum Nauarcho Thomâ Bonaert, cū quo hinc solverat, detinetur in vincis, in Navi præsidariâ Angli hujus, qui sibi in mandatis datum asserit, ut omnes Anglos, quos in navibus Celtiberorum, Gallorum, ant Batavorum deprehenderet, in Angliam captivos duceret, hæc vera esse, fidem faciunt testes oculati reduces, etiam litteræ Nauarchi Thomæ Bonaert, & Semmij, cuius hæc verba, sub finem, in literis ad patrem, de qualitate hujus regionis.

Hæc pessima & frigidissima est regio mundi, undique rupes, montes, lapides, tanta ibi aquarum terram inundantium copia, ut vestigia hominum non admittat, maxima glaciei ibi copia, tantaq; montium glacialium multitudo, ut ab ipsa Nativitate Christi concrevisse videantur: tanta etiam nivium abundantia, ut fidem superet. Cervis abundat, & Ursis, & vulpibus, cervi plane sunt albi coloris,

coloris, Admiror tantos Cervorum greges, unde vivane, cum regid
nivibus, tegatnr, & pland sit sterili. Avibus luxuriant, maxime
Anseribus minoribus, qui surmatim convenientur.

Angli profecto gaudebunt hac navigatione, maxime cum
nostros spoliarint, & ipsi ut Semmius refert jacta triginta sex
balenas ceperant, eā in parte Insulæ, nec reliquæ Naves mu-
neri suo defuerunt, cum binas arvinâ onustas domum misce-
rant, ipsæ pœnè sunt onustæ. Hippopotami ipsis nullo loco
sunt, cum nullus ex ijs fructus, nostri ijs gaudent, paucos tamē
cepere Navi quadam, quæ piratarum Anglorum manus eva-
sit. Fortasse sequenti anno nostrates Mercatores periculum
facient armis, an penes nostrates sit ibi ius piscandi, qui pri-
mum deteximus, ut appareat ex historia de Ioanne Cornelij
Rijp, an penes Anglos, qui primum pescati sunt: quod faxit
Deus, in patre nostræ commodum.

Dc omnibus Scypterrionalium regionum sitibus, in frō-
tē tabellam quandam adieci, exactè delineatam, quæ studiose
designauit singula, quæ in oris hisce sunt detecta, ut vero omni-
bus curiosis satisfacerem, veram subjunxi formā, Moriarum,
quas nos VValrussos, Angli Zechors appellant. Species est
Cuniculorum aut Canum marinorum, magnitudine boves
superantes, pellis ad nos allata quadringentas libras pende-
bat.

F I N I S

Veran-
do maxi-
quibus n-
mare der-
ant, illis-
pagones i-
put habe-
superant.

ant, cum regid
iant, maxime

maxime cum
triginta sex
Naves mu-
tum mis-
is nullo loco
paucos tamē
manus eva-
es periculum
di, qui pri-
ane Cornelij
t: quod faxit

ubus, in frō-
quà studiosè
vero omni-
Morsarum,
Species est
udinc boves
bras pend-



Veram effigiem Balenarum exhibemus, quarum ossa, & pingue-
do maximo sunt asini, sunt & alia, eiusdem generis, sine barbis, ex
quibus medium oleum conficitur, ita viribus valentes, ut scaphas in
mare demergant, ab ijs, ha discernenda, quod in dorso pinnis care-
ant, illis vero in cavitate intra narcs & caput, si capere velis, har-
pagones infigendi sunt, aut post ipsas pinnas, quas in latere post ca-
pus habent, ha sapè longitudinem sepenaginca, aut ostoginta pedum
superant.

